#### De bubone venereo: theses anatomico-chirurgicae.

#### **Contributors**

Bonjour, Jean. Auvity, Jean Abraham. Royal College of Surgeons of England

#### **Publication/Creation**

[Paris]: [publisher not identified], [1785]

#### **Persistent URL**

https://wellcomecollection.org/works/h4cgvnvk

#### **Provider**

Royal College of Surgeons

#### License and attribution

This material has been provided by This material has been provided by The Royal College of Surgeons of England. The original may be consulted at The Royal College of Surgeons of England. where the originals may be consulted. This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.





## DE BUBONE VENEREO.

# THE Son Ends Same

# ANATOMICO-CHIRURGICÆ.

ioffan mander, oc in ableeffus , vel quandoque femilios pull

Vala ruora, nerves de l'ampartica g'andolarum ingainalium SYPHILIS fapius ex actu Venereo contrahitur, cum voluptate recipitur, at non fine dolore curatur. Pudendas partes ut plurimum adoritur & vitiat, etiamsi alio in loco in quem primum irrepserit, appareat. Pars tacta contaminatur, dein virus ulteriùs pergens, per totum corpus spargitur, atque ita crescit, augeturque ut non humores tantum, sed carnes etiam partesque solidas penetret, quarum nimirum substantiam vorat.

#### II.

Bubones qui post concubitum cum impuriori lueque Venere laboranti semina celebratum exoriuntur, hujusce morbi rudimenta sunt & notæ. Hi tumores eas invadunt glandulas in quas desinunt vasa lymphatica quibus immediate haustum est virus; scilicet inguinales, jugulares, axillares, prout pene, vulva, ore, mammis susceptum est. De his tantum tumoribus qui inguina inficiunt, utpote frequentioribus, paucis de Anatomia præmissis, disserere animus est.

#### III.

In utroque inguine occurrunt massulæ quædam molles, laxæ, spongiosæ, subrotundæ, ad vasa cruralia, sasciam latam inter & cutim collocatæ, ex congerie vasorum omnis generis constantes, propria membranula, in capsulæ formå inclusæ, copiosissima tela cellulari circumcincæ, quarum aliæ sunt superiores & numero majores, aliæ inferiores & pauciores. Ab usu lymphaticæ, à situ inguinales dicuntur. Variis in morbis formam mutant, non rarò intumescunt, inslammantur, & in abscessus, vel quandoque scirrhos pessimos tendunt.

Vasa rubra, nervea & lymphatica glandularum inguinalium substantiam permeant. Arteriæ à semorali ortæ, sanguinem advehunt; venæ ad saphænam internam adeunt, nervuli cruralis soboles, sensum conciliant, tandemque vasa lymphatica è tota extremitate inferiori prodeuntia, eas trajiciunt, cumque similibus genitalium junguntur.

# viens alcernia pergens, per orman carpus feargie cecfeir, unacrareque un non hathores cancina; feat

TEMORES duri, renitentes, plus minusve dolentes, post

congressum cum impuriori fæmina, vel in uno tantum, vel in utroque simul inguine orti, Bubones Venerei dicuntur.

### coefficial er at Babor is Manerei incicia vali is from tem thousing h Gonor

INTER se different Bubones, 1º. ratione habita circumstantiarum; vel enim foli, fine aliis luis Venereæ symptomatibus apparent, vel aliis quibusdam accidentibus, Gonorrhea, ulceribus cancrosis, stipantur, &c. 2º. ratione habita speciei, modò phlegmones, modò ædematis, modò tandem scirrhi indolem æmulantur. hark ciem accodent figna frog is

real incree : rubat, leales esque dolor, debut : coroni pai-

Nonc citius, nunc tardius suboriuntur, unde in essentiales & consequentes dividuntur : essentiales paucis à contagio diebus prodeunt; consequentes contrà ab inveterata lue, absque recenti causa, turgescunt; sunt etiam qui Gonorrhea intempestive cohibira, virulento humore suppresso, nascuntur symptomaticique dicuntur. Trage must airolob & airolop 20 orod

#### VIII.

Ap perfectam Bubonum Venereorum diagnosim, non omittenda signa commemorativa, si quidem morbi naturam plufimum elucidare valent, sicque certius discernitur tumor ab alio qui Bubonem quandoque prima facie mentitur. His consideratis, visu necnon tactu tutior posteà statuitur Bubonum diagnolis.

JAM verò dum locus magis quàm naturaliter decet, in inguine prominet, oculis dignoscitur rumoris moles, situs, figura, &c. Si insuper tumor digitis pressus, renitatur, doleat & inflammetur, tunc ipsum à lymphâ in glandulis convectà, provenisse judicatur. Antalianes enonambai money

PRÆTEREA tutissima erunt Bubonis Venerei indicia, si is qui eo laborat, cum scorto rem habuerit; si Gonorrheâ intempestive cohibità, vel ulceribus syphiliticis, aut aliis ejusdem luis accidentibus inveteratis laboraverit vel adhuc laboret; tunc certissimum hujusce sædissimi morbi signum habebitur.

ribos cancrofis, fripantur, sec. 20. rationo habita finedia, modo phlegmones, modo edemaris, modo tandem feinhi in-

ALIA etiam accedunt signa propria, pro quacumque Bubonis Venerei specie: rubor, calor atque dolor, imò etiam pulfario in tumore phlegmonodem indicant Bubonem. Tumor contrà frigidus & mollis, digitoque pressus, soveam retinens, ut neci pulsus nec dolores, aut exiguos saltem sibi adjunctos habeat, cedematodes dicitur. Demum scirrhosus vocatur Bubo, si nimirum tactui durus responsat, absque rubore & caloris & doloris sensu apparet.

#### X I.

Bubonum prognosis ab eorum natura, & ab eorum specie desumitur. Bubo essentialis recentem tantum luem portendit, symptomatico mitior, qui inveteratum virus prænuntiat. Consequens demum omnium vehementissimus, asperrimus, & acerrimus, universalem huc & illuc serpentem luem, testatur.

#### XII.

dustin naturalites decer ; in

Bubo calidus & phlegmonodes tractabilior est, meliorisque eventus, ad suppurationem vergit : pituitosus & frigidus è contrà tardior ac difficilior, partim resolutione aut suppuratione, partim induratione terminatur. Scirrhosus demum

molestior & contumacior, curatuque difficilior, si exulceratur, tunc rupto tumore, ulcus continuatur cacoethes, humorque exit fœtidus, qui esse inter saniem & pus videri potest.

#### XIII.

Sæpe suppuratione, sæpè etiam resolutione, solvitur Bubo, nonnunguam tandem induratione detinetur.

#### VALESTITISTICAL CICO, CO. V. I.X Edileverine illi

Variis ab auctoribus varia proponitur hujusce morbi curatio. Nonnulli statuunt alienam hic esse resolutionem: copiosam contrà studiosè promovendam esse, ac diligentissimè accelerandam suppurationem, existimant: si quidem, istà ratione, venereum virus impeditur quin intùs remeet, infectoque sanguine luem universalem moveat: igitur & à medicamentis purgantibus, sanguinisque missionibus frequentioribus studiosè abstinendum esse, opinantur.

### can gur mis out ithid Vi V X am meteorios

Suppurationis via licet tutior, cum sæpè sæpius tarda ac diuturna sit, maximaque afferat ægrotanti tædia, hinc recentiorum plurimi huic intendere dedignantur, sed ad devitandam eam omni opere enituntur; idcircò, ea quæ vehementiorem concitant inslammationem sedulò removere, victum tenuem, sanguinisque per venas detractiones, extrinsecus super tumorem emplastra digerentia, adhibitis deinceps medicamentis mercurialibus, suadent: sicque Bubones Venereos, quam commodissimè & sine periculo curari posse affirmant.

#### XVI.

QUANAM tutior via sit ineunda, dissiciliter judicatur: observare tantum nobis liceat, Bubones inter tumores criticos annumerari debere; quibus suppuratis, virus susceptum eò magis eliminatur, quò pus copiositis ac diutius essluxerit.

## monnenguen tandem industricy X setur.

VALENTISSIMA ergò, cùm jam adoleverint isti Bubones, ad concitandam suppurationem, ea adhibeantur medicamenta quæ sunt ex emollientibus, pinguibus, oleosis, glutinosis atque lubricis, tùm etiam ex subacribus aut stimulantibus, ad instar cataplasmatis, aut emplastri.

#### XVIII.

INGRAVESCENTE autem inflammatione, cuteque cum dolore rubente, emplastra supra dentur maturantia, diachylum scilicet cum gummis aut illud Vigonis cum mercurio.

#### XIX.

An ultimum tandem finem cum pervenerit inflammatio, & jam æger, absque magno incommodo, amplius incedere non potest, aptissima erunt ea cataplasmata, quæ ex cepis sub cinere calido tostis, vel ex farina & melle, vel ex fermento, calida superinjiciuntur.

#### XX.

Pus ad maturitatem perductum, parvâ incisione, caute facta educendum est.

#### XXI.

Quonam tempore, quonam modo, tumor sit aperiendus inter auctores ambigitur. Plerique tumoris maturitatem expectant: & hi quidem rationabiliter agunt. Si enim ociùs inciditur Bubo, pus sère nullum educitur, pars tennior exspirat, crassior intùs remanet; undè duriores, ut plurimùm circum-jecti tumores subnascuntur; imò oræ incisi tumoris intumescunt & inslammantur, ulcus continuatur, quod ægrius & nonnisi concoquentibus medicamentis & pus moventibus sanescit. Non minus est periculi à nimià cunctatione: nam pus quod maturum est, si non evocetur, diutiùs subsidens, non tantùm in saniem vertitur tenuem, & acrem, quæ proxima, atque sana rodit, undè siunt sistulæ, sed etiam sanguini mixta, totum corpus insicit, luemque universalem esse testatur.

### XXII.

Pure, ut suprà dictum est, educto, ulcus unguento digestivo diligenter expurgetur quantum satis est, usque ad perfectam cicatricem.

#### XXIII.

ALTER Eubonem aperiendi modus ponitur in causticis, qui optimus est, si tumor sit frigidus & indolens, aut ægrotans timidior scalpello nimis abhorrescat.

#### XXIV.

Supruratio vix veneno planè exhauriendo sufficit, nisi suppetias ars ferat. Vix enim sieri potest quin virus suscepti relliquiæ supersint, quæ medicaminum antivenereorum usu deleri debent, eà lege ut horum tanto major copia exhibeatur; quanto brevior ac parcior fuerit Bubonis suppuratio.

#### XXV.

OBSERVANDUM porrò superest 1°. delitescente tumore, aut imminuta suppuratione, retenta morbi semina, certo certius in luem universalem iri, igitur debitis antivenereis ægrum esse committendum; 2°. Bubonem contumacem, virus superstitis, luisque consirmatæ indicem, ulteriori antivenereorum usu esse oppugnandum; 3°. idem agendum, Bubone nimis indurato, resolutionem necnon suppurationem æqualiter respuente.

HAS THESES, Deo juvante & Praside M. JOANNE ABRAHAM AUVITY, Artium & Chirurgia Magistro, necnon Nosocomii vulgò dicti des Enfans-trouvés, Chirurgo pracipuo, tueri conabitur JOANNES BONJOUR, Claromontanus,
in alma Universitate parisiensi liberalium Artium Magister, theseos auctor.

Die Sabbati 24th mensis Decembris, anno R. S. H. 2785; à sesqui-secunda post meridiem ad septimam.

Strepunario via vencoo plone exhausiende Cafficia, nifi fun-

perias are ferar. Viz enim fiers peraft quan viene futre at relliquie laperfiar, que medicaminam atrivenercoraça una deleti

A zwien Rebowers cociend menna

timilior feeled a minis absorbation